Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26216
Copyright: Admont, Benediktinerstift



lat. ipsa inter coniuges diuortia seminat. inter amicos discordias. inter pacificos lites. inter iustos in iustitiam. inter fratres scandala. ipsa tollit iudicibus iustitiam. castis pudicitiam. ditibus peritiam. ipsa auferit moribus disciplinam. et aliorum quam amatoribus suis ingerit crimina. Memoret si fratre aliquando germanus fratrem occidit. si filius patrem necauit. si amicus inimicum per abamico. cuius instinctu hec facta sunt scelera. cuius minimum. cuius spe. cuius fiducia usta nefanda commissa sunt. Huiusmodi non presumit uitio amore duci usta committunt. Et dum illa plus quam iustitiam diligit. uniquique omnis odio persequitur. Vt quod enim piratam iugulat naufragantem. Vt quod latro primum uiatorem. diues oppimit pauperem. superbus humilem. et omnis nocens quecumque potuerit adgrauat innocentem. Hec autem faciunt mali. qui iusti uitae seruire desiderant. et se estimant in amore ei prepora plura durare. Non quod alteri causa fiunt scelera. nisi uitiosissimi usti carnali uitae a carnalibus seruiant. Ipsa denique quas crimina imperat. iubet facinora suadet iniusta. et postea quam omnia crudeliter omnia fuerit spurcia sagina. seruientes sibi tradet filiae suae idem morti perpetuae. Ex ipsa enim et eius uero mors eterna et nata. Tempore quo gule suae et libidini et delectationibus oculorum primi homines seruierant. atque ideo quia ad eterna uita facti fuerant